



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Conciliu[m] Spalense. primu[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



aliquid pro vtilitatibus ecclesie, aut substantie expedit, aut dispedit, vel perditionis quippiam tulit, si hoc comprobari poterit, totum illi a rebus ecclesie eiusdem reformabit, pro cuius vtilitatibus id expedit esse probat. Gratiarum itaque oportet peragimus, post hæc sit pax, salus, & diuturnitas pijsissimo, & amatori Christi domino nostro Vnabano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferè conuocauit, diuinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum eius corroboraret usque ad ultimam senectutem, prestante ipso, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & gloriatur in trinitate deus, in secula seculorum. Amen. Leodigius in Christi nomine episcopus subscripsi, Iulianus in Christi nomine episcopus subscripsi, Genitibus in Christi nomine Tudensis ecclesie episcopus subscripsi, Froaricus deo iubente Portugalensis ecclesie episcopus subscripsi, Beia in Christi nomine Britanniensis episcopus ecclesie subscripsi, Isidorus Asturensis ecclesie episcopus subscripsi, Alarius Aurensis ecclesie episcopus subscripsi, Rectogerus Lucensis ecclesie episcopus subscripsi, Hidulphus, qui cognominor Felix, Hiriensis ecclesie episcopus subscripsi.

¶ Explicit Concilium Braccarense tertium.

¶ Incipiunt Capitula Concilii Spalensis primi.

¶ De concilio Spalensi ad Pegasium episcopum missa.

Cap. primum

¶ De mancipiis ecclesie ab episcopo proximis suis collatis.

Cap. secundum.

¶ De clericis cum quibus mulieres cohabitant.

Cap. tertium.

## Incipit concilium Spalense primum.



Omino sancto & reuerenter a nobis honorando charissimo fratri **A** Pegasio episcopo, Leander, Iohannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Fintitio, & Petrus, episcopi, qui in vna vrbe Spalensi assumus. Sanctitatem tuam charitatis studio salutantes precamur dominum qui nos de salute mutua, vel visione laetificare dignatus est te tantum multo conseruet in tempore.

¶ Capitulum primum.

¶ Interea confidentibus nobis in ecclesia Spalensi sancta Hierusalem **B** breue mancipiorum ecclesie quae liberasse visus fuerat decessor tuus sanctae recordationis Gaudentius episcopus, vestri nobis diaconi obtulerunt, & non solum quae liberauerat ibidem relegimus, sed etiam quae proximis suis de famulis ecclesie donauerat in eodem breui inuenimus annorata. Qua de re canonum instituta consulimus, si talis libertas, aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus autem in canone, ut episcopus qui res proprias, excepto, filiis & nepotibus, alteri, & non ecclesie suae dimiserit, quicquid de ecclesie rebus, aut donauit, aut vendidit, aut quoquo modo ab ecclesia transtulit, irritum habere. Et ideo si res precessoris tui Gaudentii episcopi ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Ceterum si res illius in compensationem ecclesie vestrae deseruierit, illi prorsus maneant liberi. Nam (ut predictum est) si praesentium de rebus suis non fecit, tale damnum utique ferre non debuit. Propterea ergo de vno consensu omnium significamus, magis humanius quam seuerius cogitantes, ut hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in iure ecclesie maneant ut idonei, & peculium suum non alijs personis, sed tantum filiis suis derelinquant, ipsis quoque filiis & nepotibus cum peculij ipsorum quasi idoneis in iure ecclesie permanentibus in extraneam eis non liceat personam quippiam transmittere. Si qui eorum sine haerede decesserint, peculium eorum sanctae proficiat ecclesie.

¶ II. ¶ Ea vero mancipia quae memoratus episcopus de iure ecclesie sublata, suis proximis contulit, si **C** similia de proprio suo ecclesie ipsi non contulerit, ecclesia vestra absque aliqua oppositio recipiat. Hanc formam non solum vestra, hoc est Astigitana seruabit ecclesia, sed & omnes qui per omnem Beticam prouinciam tali conditione vel sorte de iure ecclesie commearunt, pari sententia subiacebunt. Dux est enim atque irreversibile, ut episcopus qui ecclesiasticis stipendijs viuunt, & proprietatem suam lucris ecclesie minime confert, aliorum oblationes a iure ecclesiastico priuet.

¶ III. ¶ Inter cetera vero cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia **D** quidam episcopi non obseruantes nuper editum concilii Toletani decretum minus solliciti in subiectis existunt, placuit proinde ut si presbyter diaconi vel clerici consortia extraneorum feminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus remouerint seculi iudices easdem mulieres cum uoluntate & permisso episcopi comprehensas in suis lucris usurpet, ut vitium hoc dum sacerdos inhibere non potest, potestas iudicialis coerceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento, episcopo, ut eas clericis nulla arte restituat, qui si restituerint, ipsi iudices sententia excommunicationis feriant. Mulieribus vero illis iuxta priores canones a sacerdote distractis precium earum indigentibus dispensetur, quae statuta manu nostra subscripsimus, data ad sanctitatem vestram die secundo Nonas Nouembris, Anno quincto gloriosi domini nostri Reccaredi regis, Era, DC, XXVIII.

b 4

Leander



## Concilium Spalense secundum.

Leander ecclesie scilicet Spalensis episcopus hanc constitutionem firmam & subscripsi. Iohannes episcopus Agabrensis hanc constitutionem firmam & subscripsi. Agapius ecclesie scilicet Cordubensis episcopus hanc constitutionem firmam & subscripsi. Stephanus episcopus Eliberitanus hanc constitutionem firmam & subscripsi. Basilus episcopus Elipensis hanc constitutionem firmam & subscripsi. Celatus episcopus Tuicitanus hanc constitutionem firmam & subscripsi. Petrus episcopus Alberitanus hanc constitutionem firmam & subscripsi.

### Incipiunt capitula concilii Spalensis secundi.

|  |    |  |    |
|--|----|--|----|
| ¶ De Theodulphi Malacitanæ ecclesiæ que-<br>rimonijs aduersus reliquos episcopos pro<br>quibusdam parochijs. | 6  | ¶ De his qui prohibentur corepiscopis presbiteris in ec-<br>clesiasticis sacramentis agere | 17 |
| ¶ De q̄rimonijs Fulgentij & Honorij episco-<br>porum pro quibusdam parochijs.                                | 2  | ¶ De superbis ecclesiæ libertis, vt ad seruitū<br>reuocentur.                              | 8  |
| ¶ De desertoribus clericis, vt episcopis suis<br>restituatur.  | 3  | ¶ De economis, ne ex laicis constituantur.   | 9  |
| ¶ De bigamis ad presbyteriū, vel diaconatum<br>non promouendis.  | 4  | ¶ De monasterijs non conuelliendis.  | 10 |
| ¶ Ne presbyteri diaconum, vel presbyterū<br>ordinare præsumant.  | 5  | ¶ De monasterijs virginum, vt à monachis<br>tueantur.                                      | 11 |
| ¶ De presbyteris vel diaconibus ab vno ep̄o<br>sona.   | 13 | ¶ De quodam acephalorū ep̄orum.  | 12 |
|  |    | ¶ De duabus in Christo naturis & vna per-  | 13 |

### Incipit concilium Spalense secundum habitum

Era. DC. LIX. tempore Sisebuti regis.



In nomine dñi & saluatoris nri Iesu Christi Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidētius, Theodulpus, & Honorius ep̄i qui pariter in vrbe Spalēsi pro aliquibus ecclesiasticis negocijs coadunati sumus. Cōsidētibus ergo nobis i secretario sacrosctē Hieru salē Spalēsis ecclēiæ cū illustrib⁹ viris Sisebuto rectore regē publicæ atq; Sualanæ actore regē fiscalīū stāte religiosissimo clericorū cœtu.

**F** **I.** ¶ Prima actiōe Theodulphi Malacitanæ antistitis ecclesiæ ad nos oblata p̄catio est asserētis antiquā eiusdē vrbs parochiā militaris qd̄ a hostilitatis discriminē fuisse decisā, & ex pte aliq̄ ab ecclēijs Afrigitanæ Celeberritanæ atq; Agabrēsis vrbiū esse retentā, p̄ q̄re placuit, vt omnis parochia quæ ab antiq̄ ditiōe an̄ militarē hostilitatē retinuisse ecclesiam suā quisquis comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut em̄ per legē mundialē, hi q̄s barbarica seueritas captiua necessitate trāsuxit postliminio reuertētibus redditur antiq̄ possessio, non aliter & ecclesia receptura parochiam, quam ante tenuit cum rebus suis sine ab alijs ecclesijs possideatur, siue in cuiuslibet possessionē trāsufusa sit, non em̄ erit obijciēda præscriptio temporis, vbi necessitas interest hostilitatis.

**G** **II.** ¶ Inter memoratos fratres nostros Fulgentiū Fastigitanū, & Honorīū Cordubēsem ep̄os discussio agitata est p̄pter parochiā Basilicæ cuiusdā, quā hōz alter Celticensē, alter Reginensē asseruit, & quia inter vtrasq; ptes hactenus limitis actio vindicata est, cui quis vetusta retentiō nullū iuris præiudiciū asserret. Ideoq; ne in dubiū vltra inter eos nostra denotaretur sentētia prolatis canonibus synodalia decreta plecta sunt, q̄z̄ autoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatē, vt ne quis terminos alienos vsurpet. Ob hoc placuit inter alternas ptes inspectiōnis viros mittēdos, ita vt si in diocēsis possidētis sitam basilicā veteribus signis limes p̄uisus monstrauerit, ecclesiæ cuius ius est retentiōnis sit æternum dominiū. Quod & si limes legitimus eādē basilicā non recludit, & tñ longe tēporis probatur obiecta p̄scriptio, appellatio repetētis ep̄i non valebit, quia illi trigēnalis obiectiō silentiū imponit, hoc em̄ & seculariū principum a dīcta præcipiunt, & præ solum Romanorū decreuit autoritas, sin vero infra metas trigēnas temporis extra alienos terminos Basilicæ iniustaretētiō reperitur, repetētis ep̄i iuri sine mora restituetur.

**H** **III.** ¶ Tertia definitiōe ad nos oblata p̄catio est à reuerēdissimo fratre nro Cābra Italicēsi ep̄o pro qdā clerico Passando, qui de ecclēiæ suæ cultu in q̄ dicat⁹ ab exordijs infantia fuerat, ad ecclesiā Cordubēsem se cōtulit, quē elegimus vt si nihil p̄poneret de eo, sine dilatiōis obiectu pprio reformet ep̄o. Scribit em̄ in lege mūdiali de colonis agrorū, vt vbi esse quisq; iā cœpit ibi perduret. Nō aliter & de clericis qui in agro ecclesiæ operantur, canonū decreto p̄cipit, nisi vt ibi p̄maneāt vbi eē cœperūt. Ideoq; placuit, vt si quis cleric⁹ in ministerijs ecclesiæ